



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De defectu aquæ. c. 52

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

reparatio defectus. Item ex verbis sancti Tho. immediate su-
pra dictis apparet, qd in reparatione sacramenti imperfecti suf-
ficiat reficere a verbis consecrationis; inde tamen omnia or-
dinate sunt repetenda, quia vt dicitur. 7. q. 1. perfecta non pos-
sunt dici sacramenta, que perfectum non habent ordinem. Et
S. Th. dicit: qd immane est sacrilegium: si non perficiatur hoc
sacramentum. Unde concilium Toletanum tulit sententia ex-
coicationis in eos, qui cum possunt, non perficiunt istud sacra-
mentum: vt patet supra in loco decreti immediate allegato.

De defectu aque. Cap. 52.

Sacerdos si percipiat aquam non fuisse appositam in vino
ante consecrationem sanguinis, ponat eam: et dicat verba
consecrationis. Si autem percipiat post consecrationem sangui-
nis, nullo modo debet postea aquam apponere: quia non est de
necessitate sacramenti: et sequeretur corruptio sacramenti in
aliqua parte. Siquis tamen ante consecrationem scienter di-
mitteret appositionem aque, grauer peccaret: quia ageret con-
tra constitutionem ecclesie, et quia dominum apposuisse creditur.
Non autem sufficit qd aqua apponatur, quando vinum ad-
huc est in dolio, quia hoc non significaret aliquid: sed oportet,
vt in unyente oblatione apponatur ad faciem. Hec S. Tho.

De defectu forme. Cap. 53.

Pro notitia forme, sciendum est, qd Ambrosius in libro de
sacramentis dicit, qd hoc sacramentum conficitur in ver-
bis, et sermonibus Christi. Et quo dicto concludit S. Tho. qd
forma consecrationis huius sacramenti sit: Hoc est enim cor-
pus meum: et Hic est enim calix sanguinis mei, noui et eterni
testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, et pro multis effun-
detur in remissionem peccatorum. Illa vero verba, Accipite et
manducate, pertinent ad usum materie consecrate. Similiter
illa verba, Hec quotiescumqz etc. pertinent ad usum huius sacra-
menti: quia usus non est de necessitate sacramenti: vt dicit idem
S. Th. Item illa coniunctio, enim, non est de substantia forme:
in dici debet sibi usum ecclesie, qui usus a beato Petro initium
sumpsit. Etiam beatus Th. dicit qd si predicte forme mutetur,
nihil efficitur, et si videantur verba idem significare: similiter
si aliquid de dictis formis diminuit. Si vero aliquid adderet,
quod